



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Acta Synodalia Osnabrvgensis Ecclesiæ, Ab Anno Christi  
MDCXXVIII.**

**Brogberen, Johannes**

**Coloniæ Agrippinæ, 1657**

Praestiterunt in hac Synodo professionem fidei.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14298**

ORDO ET CÆRIMONIAE  
SYNODI,

Celebratae in absentia

Illustrissimæ ac Reverendissimæ Suæ Celsitudinis.

VI Octobris, anno M D C LIV.



*Vic Synodo omnino Illustrissima sua Celsitudo proponuerat præsens præsidere, sed cum sub discessum paratum Ratisbone adhuc præter opinionem quedam gravia illius Ecclesiæ negotia occurserent, iter differendum fuit, & Synodus hæc celebrata ut sequitur.*

**P**ridie, & horâ Synodi compulsatis undique campanis, sacri solemni per Dominum Abbatem Iburgensem decantato, in quo Clerus frequenter communicavit, processum fuit ad actionem Synodalem, præsidentibus in ea ex mandato Illustrissimi, Domino præposito Cathedralis Ecclesiae & Officiali, Domino Decano ob adversam valetudinem impedito; prælectaque commissione, (quam, cum teneris fere ejusdem cum anteriori in

Synodo Vernali transmissa sit, supervacaneum visum fuit hic repeteret) & catalogo Cleri, notatis absentium nominibus, concio Synodalis per Reverendum Patrem Nicolam Schaten habita. Finita concione D. Officialis loco decretorum repetit in primis decreta generalia de prejudicio non afferendo, de oratione publica; præcipue vero commendavit precibus redditum Illustrissimi, & animam defuncti Henrici Winandi Succentoris, & nonnullorum aliorum infirmerum ex Clevo; repetit quoque decreta antecedentia de Examinatoribus Ordinandorum, & Iudicibus causarum Apostolicarum: Item de professione fidei & juramenti Pastorali.

Omnibus hisce absoluitis D. Officialis commonefecit omnes sui officii, ut Deo & D. Episcopo redenti rationem reddvere possint, vocati postridie omnes ante discessum ad Consistorium, ceteraque omnia ceremonia continua & acta juxta ritum antecedentium Synodorum, ac decantato hymno Te Deum, &c. omnes cum pace dimissi, Synodo vernali Feria tertia post Dominicam Oculi inditâ.

Præstiterunt in hac Synodo professionem fidei.

- D. ROTGERUS FLETMAN, Confessarius in monte Sx. Gertrudis.
- D. BERNARDUS BORDEWICK, Confessarius Malgartenis Monasterii.
- D. IOANNES BOSNELLINCK, Sacellanus in Wellinckholhausen.
- D. PETRUS DEGENS, Sacellanus Widenbrugenfis.
- D. IUSTUS NYBERG & D. IOANNES BRICKWEDDE, respectivè cathedralis & Collegiate Sti. Ioannis Ecclesiarum, Osnabrugentes Vicarii.
- D. CASPARUS DUFELIUS, Decanus Wildeslausianus præstitit juramentum fidei & pastorale.
- D. GODEFRIDUS NIERMAN, Pastor ad S. Vitum fidei & pastorale.
- D. CRISPINUS PECK, Pastor in Bissendorff, Pastorale & fidei.

**E**T quia ego, CHRISTIANUS BROCHMAN, Pastor in Wahlenhorst à supramemoratis Reverendissimi & Illustrissimi Domini Episcopi Deputatus in Actuarium hujus sacra Synodi deputatus fui, & omnibus in ea pertractatis interfui, idcirco in fidem corundem propriâ manu subscripsi: Acta sunt hæc anno à partu virginis M D C LIV, Pontificatus SS. Domini Nostræ Innocentii X Anno XI diebus, mense, & loco quibus supra; præsentibus venerabilibus ac eruditissimis Dominis Antonio Sollinger & Nicolao Schaberg, Cathedralis Ecclesiæ Osnabrugensis Vicariis, ac respectivè Sacristano & Notario publico, testibus ad hoc specialiter requisitis & fide dignis.

CHRISTIANVS BROCHMAN, Pastor in Wahlenhorst & Actuarius causarum Ecclesiasticarum ad hoc specialiter deputatus, subscripsit.

DIOE-